



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 56. Aurelianensis obsidionis progressus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

secessu diversas lucubrationes edidit, & Sæcul. XV.  
juventuti idiomate latino & Christiana A.C. 1429.  
doctrina imbuendæ regulas præscripsit.  
Dupinus omnia ejus opera cum quibus-  
dam aliis diversorum Auctorum lucuba-  
tionibus in Hollandia Anno millesimo se-  
ptingentesimo sexto, in quinque Volumi-  
nibus in folio imprimi curavit; ejus ta-  
men notitiam fugisse existimamus, aliud  
hujus Auctoris opusculum, cui titulus,  
*Floretus* Lugduni Anno millesimo qua-  
dringentesimo nonagesimo quarto in quar-  
to editum, & commentarius in summam  
Theologicam S. Bernardi, cuius quoque  
Pater Mabillonius, qui novissimam Sancti  
hujus Doctoris editionem adornavit, nul-  
lam omnino mentionem fecit.

### §. LVI.

#### *Prosecutio Historiæ obsidionis Aureliae.*

Aurelia adhuc ingenti ardore obsideba- *Joan. Char-*  
tur, nec minori virtute præsidiariæ tier. *Hist.*  
copiæ ac cives hostium insultus sustine- *Car. VII.*  
bant. Comes Saresberiensis globo tor-  
menti percussus perierat. Nulla tamen  
Caroli Regi spes affulgere videbatur, quod  
Anglos, potentissimos adeo hostes vince-  
re, & majorum subditorum suorum par-  
tem ad obsequia reducere posset, nisi Dei  
providentia illi victoriam attulisset, & in-  
signi prorsus prodigo auxilium præbuisset.

Pp 2      §. LVII.